



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

An catholicus copulari possit matrimonialiter sectariæ. tit. 131

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

328 SVMMA DOCTR. CHRIST.
coniugium & cubile impollutum, fornicatores u.
tem punit Deus & maledicit.

Quartò, tria sibi mutuò debet coniuges legitimi
propter Christū, Primò, reuerentiā & honorem, i.
alter alterum contemnat, non propter voluptatem,
sed propter Deum. Sic inquit Petrus 1. Pet. 3. Viri co.
habent suis vxoribus: non relinquant, neque in
postasiam currant. Secundò, condescendant illi alii
quantulùm, tanquam infirmiori vasculo, respectu
viri: non statim contumelijs afficere, plagiis onera.
re, illisque maledicere. Tertiò, honorem imparita.
tes, tanquam & cohæredibus gratiæ vitæ. E diverso
honorent mulieres maritos, sicut Sara Abraham vo.
cat dominum, &c.

Secundò, adiutorium: ambo enim laborare ex z.
quo debent. Nam Deus Genes. 1. Faciamus Adz adiu.
torium simile sibi. Ideò si alter coniugum aliquid ei.
ferat ex domo, alter verò inferat, equi non ex æquo
trahunt currum, &c.

Tertiò, timorem Dei, nè in vitijs carnalibus con.
tra rationem agant, se peccatis Sodomiticis, inqui.
nent, sicut Apostolos Roman. 1. describit: & sapientia.
demus pueros varijs infirmitatibus affictos, ut apo.
plexia, morbo Valentini. &c. Vbi Deus punit pecca.
ta parentum. Ideò sic debes viuere cum vxore, sicut
decet, non sicut equus & mulius, vbi nullus est timor
aut sintellectus.

*N CATHOLICVS COPU.
lari posuit matrimonialiter sectarie,*

TITVLVS CXXXI.



RiMò, Deus prohibuit Iudeis, vt non fo.
ciarent coniugia cum gentibus, nè de.
spōsarent inuicem suos liberos. Nā gen.
tium mulieres seducēt filium tuum, nè
sequatur me, sed vt magis seruiat dij.
alienis

alienis. Irascetur furor Domini, & delebit te citò.
Idè Esdras, i. Esdræ 10 separauit mulieres gentiles
a iudeis, cum fletu populi, dicentes: Hæc est causa,
quod Deus per inimicos in fugam vos conuertit,
quod captiui ducti sumus in Babylonem. Ideò licet
matrimonium res corporalis sit, attamen propter id
solatriam, nè alter alterum seduceret, prohibuit De-
us disperses fide contrahere matrimonium: & sic in
veteri testamento non licuit Iudæo cum gentili mu-
riere contrahere.

Secundò, nascente Euangeli per prædicationem
Apostolorum contingebat, quod sæpè vir creditit
Euangeli, muliere reclamante, & diuerso. Ideò fu-
it mota quæstio à Corinthijs ad Paulum, An sic di-
spares fide verum haberet Euangeliū, & respondit
i. Corin. 7. Si alter coniugum potest & vult cohabita-
re fideli, id est, si mulier infidelis in fide, attamen vult
pacifice cohabitare viro fideli, non debeat eam di-
mittere, & è diuerso: nam vnum alterū sanctificat, id
est, fides vnius facit, vt hæc coabitatio non sit pecca-
tum. Si autem infidelis vult discedere à fideli, disce-
dat. Non enim subiectus est seruituti frater vel soror
huiusmodi, vt sequatur.

Tertiò, iam quæstio est in alio loco, ambo confitē-
tur Christum, catholicus & sectaria sunt baptizati,
vuntur eucharistia, &c. disperses tamen sunt quibus-
dam articulis & catholicus contentus est vna spe-
cia, sectaria vult utramque. Catholicus cibo & carne
abstinet ferijs certis, sectaria nullū diem obseruat:
catholicus obseruat traditiones Ecclesiæ, ferias.
Secta. Altera negat, & contemnit Papā & Ecclesiam.
An nunc liceat catholico talem ducere? Respondeo,
Difficilis est quæstio attamen iuxta opinionem gene-
ralem hoc non præcipitur. Secundò, neque prohibe-
tur. Non dicitur, quod non liceat, quandò in po-
tissimum articulo fidei, id est, credendo in Iesum Chri-
stum

Christum, concordant, et si in alijs plerisque arti-
lis & sacramentis discordent: idē nulli negatur di-
cere sectariam. Subinde, nunquām tale coniugium
prosperatur aut benē succedit propter perpetuā di-
cordiam & litem. Eccles. 25. Vir & mulier bene-
sentientes, Deo placent.

Et quoniam sathanas non quiescit excitare nos
& discordias, potius dissuadendum est tale coni-
gium, quam consulendum: facit enim discordia vi-
tam omni genere peccatorum coinquinatam. Ideo
& statutum Ecclesiæ est, 28. q. Non oportet cum ho-
minibus hæreticis miscere connubia vel filias dare,
sed potius accipere, si tamen profitentur se futuros
Christianos & catholicos &cæ. Accipere tamen po-
test, inquit, si profitentur se futuros catholicos, si
autem periculosest, & contra statutum Ecclesiæ
&c. spes tamen & fiducia, vt trahatur alter coniugium
ad fidem catholicam, excusat inquantū potest,
si hoc promissum est, & non sequitur, respondet
Deo, &cæ.

AN VOTVM OBLIGET.

TITVLVS CXXXII.



RIMÒ, scriptura multa loquitur & legi-
de voto emissō, & concludit, quod ho-
mo teneatur hoc seruare quod p̄missit.
Deut. 23. dicitur: Cū votū voueris Deo
tuo, non tarderis reddere, &cæ. Ecele-
ast 5. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: dispi-
cet enim ei stulta & infidelis promissio. Igitur quod
cunque voueris, redde. Multo melius est non vot-
re quām post votum promissa non reddere, & David
Psal. 75. Vouete & reddite Domino &c.

Secundò, vota media sunt, quibus expeditius fer-
uantur præcepta, promouent obedientiam Dei &
prælatorum: similiter vitant concupiscentiam
alientium.